

NOVÆ
DECLARATIONES
ET VARIAE LECTIONES
RESOLVTIONESQ. IVRIS

Clarissimorum Iuriscons. recentium,

Vaconij à Vacuna, Jacobi Ruardi,
Antonij Goueani, Rainaldi Corsi,
Antonij Contij, Nicolai Belloni.

Quibus non solùm multa in Iure corrupta , & non satis
intellecta, restituuntur, & emendantur ; sed & difficillimæ
Iuris quæstiones enodantur, & explicantur.

Adieciimus locis opportunis rerum Summas, præterea Indices duos locupletissimos ;
vnum, Legum passim explicatarum ; alterum, verborum, & rerum,
sententiarumque insignium .

Opus omnibus Iurisconsultis, tam Legum professoribus, quam Practicis, ac studiosis
Iuris apprimè vtilc, & necessarium.



VENETIIS, Ex Vnitorum Societate. 1585.

III.^{mo} & Reuerendissimo
D.FRANCISCO COLVMNÆ
ARCHIEPISCOPO
TARENTINOS.

Alexander Albertonius S. D.



VIRG VACONIVM veterem familiae vestra clientem, amplitudinis verò tua etiam praeceptorem obseruantissimum aliquot annos ita audiuerim, ut quos ille in iure civili perdifficiles sane, & perobscuros, innumerabiles penè locos, unus adhuc declarauit, & illustrauit, non solum cognoverim, sed etiam in commentariolos meos retulerim, faciendum duxi, ut quæ mibi præclara, & admodum utilia visa sunt, & alijs etiam legum scientie studiosis aliquando impertirem. Nam & eiusmodi præceptore iure indignus iudicarer, & hominis officio abuti existimarer, si quod mihi, is opera sua beneficium dedit, id ego, mea, in reliquos non conferrem. Quamobrem statui Doctoris mei sententiam de reconditis ijs in civili facultate locis, huic libro mandare: eumque; librum in tuo nomine ad utilitatem studiosorum emittere. Cum enim Vaconius ipse amplitudini tue se omnia debere fateatur, & prædictet, ego autem illi nihil non debeam, te verò meritò non solum ego, sed domus mea tota iam diu amet, & obseruet, hoc propterea quicquid est, utriusque muneris tibi iure optimo offerendum censui. Quare qui aliquem hinc fructum percipient, tibi, qui Vaconij, à quo hac primùm profecta sunt, studia aliusisti, eum semper acceptum referre debebunt. Meum certè consilium, qui librum ei potissimum viro dicarim, cui cum propter singularem doctrinam, viteque integritatem, tum propter incredibilem erga bonos, & eruditos homines benignitatem, ac beneficentiam, nemo non improbus, aut à litteris alienus non plurimum se debere confitetur, omnes (ut spero) facile comprobabunt. Accipies igitur munus hoc iustissimis quidem de causis tibi debitam, sed ita accipies, ut non quantum tua dignitas postulat spectare, sed quantum ipse praestare possim cogitare memineris. Vale feliciter.

De auctoribus.

Litteris necessariis a. m. a.

Et quis necessariis a. m. a.

Ex auctoribus.

Et quis obstantibus.

D. VACONII A VACVNA IVRIS CIV. DECLARATIONVM CVM NOVIS ADDITIONIBVS

Liber Primus.

S V M M A R I V M .

1 Ius aliud naturale, aliud ciuisse.

2 Ius naturale quid.

3 Ius, & iustum, idem.

4 Iustum, est idem, quod bonum.

5 Ius gentium quid.

6 Bellum est de iure gentium.

7 Ius ciuisse, quid.

8 Bonum, quid sit.

9 Natura, quomodo Animalia docuit.

P R I M A D E C L A R A T I O

Iuris naturalis, & gentium.

1 Explicatur iuriū in eum § 1 Inst. de iu. nat. gent. & ciu.

M N E S, qui desiderant recte ius intelligere, (oēs autē desiderare dēmus) eius principia clarē nosse debent. principium n. plusquā dimidium totius esse vr, cum eorum, q̄ queruntur, complura per ipsum manifesta fieri solent: Arist. 1. Eth. c. 7. nu.

2 64. vnde altius repetētes, dicamus t̄ ius, alterum esse naturale: alterum ciuale, seu politicum. & quia vetustius est ius naturale, quod cū ipso gñē humano, natura ipsa protulit. §. singulorū Inst. de rerum diu. Ideo ab ipso incipiendum est. Est

3 iḡ sciēdum, ius naturale id esse, quod sp est bonū. l ius. de iu. & iu. c ius naturale. 1. dist. Præterea ius, & iustum: idem est: vt in §. Eth. sed ius dī per apocopen, remota syllaba, tum: sicut fac, pro face. iustum aut̄ idē est, quod bonum: ergo ius naturale, est bonū quoddā à natura, i. à Deo ordinatū, ac tributū, pueniēs, cōducensq; naturę cuiusq; aialis. sicut ius gentiū est bonum ordinatū à gentib; consentaneum, vtileq; oībus gentibus. vt est emptio, vendō, locatio, & condu ctio. hi. n. contractus sunt vtile oīb. gentibus. vt suo loco demonstrabitur. Bellum est ēt de iure gentium: quod à gentib. ordinatum est, tanquā oīb. gentib. vt ile, ad propulsandam iniuriam, ad repellendos hostes, ad eosq; coercendos, qui ad

parendum nati sunt, nec volunt parere. & tale bellum est à natura, & est bonum. Aris. in 1. Pol. c. 1. n. ordinatio q̄dam à gētib. facta: & ita est ius gentium, q̄ ius rō naturalis inter oēs gentes cōstituit. i. ordinavit. §. quod verō. Inst. de iure na gen. & ciu. plus verō ciuale, est bonum quoddā à ciuitate ordinatū, vtile statui illius ciuitatis, utputā, stiplo est ius: i. ordinatio qdā ciuitatis. Possessio ciuilis est ius. itidem, & iter est ius: i. ordinatio qdā ciuitatis. & vbiq; de iure ciuili dī aliquid esse ius, exponēdum est, ius, i. ordinatio ciuitatis. nam vt ait Aris. in 1. Polit. ius ciuale est ordinatio ciuilis societatis. & Imperator hoc idem dicit in §. 1. Inst. de iu. nat. & ciu. ibi, quod quisq; pp̄ls sibi cōstituit, i. ordinavit, vocatur ius ciuale ipsius ciuitatis, & Boet. lib. 3. de consol. vbi latē id demonstrat, vbi videto. Oē iḡ ius, est bonum quoddam. Nunc videndum est, quid sit bonum. t̄ Bonum verō est, quod oīa appetunt, inq̄t Phil. j. Eth. oīa inquam ēt cognitione carentia, si quidem naturali quoddam appetitu, tēdunt in bonum, non vt cognoscētia, sed vt ab aliquo cognoscētē mota, ad id quod est bonum, & sibi confert, ex ordinatione. l. diuini intell̄s. quemad modum sagitta tendit ad scopum, ex directione sagittantium. Est tñ sciendum non oīa vñ. uim. & idem bonum appetere, sed alia aliud, & eorum propriam naturam, nam aliud vñ bonum hōi, aliud asino. asino n. pabulum, magis q̄ autum, bonum esse vi, vt ait Phil. x. Ethic. salices amaræ vñr quoddam bonum capillis, & ideo illas appetunt: hō aut̄ illas pro cibo minimē appetit. Cū iḡ idem sit ius naturale, quod bonum quoddā, bonum aut̄, oīa aiantia appetunt, sicut ius naturale id esse, q̄ oīa aiantia appetunt, & ad quod natura sua inclinantur. & hoc est, quod ait. Iur. reconfi. in 1. 1. ff. de iust. & iu. cum inquit ius na turale, est quod natura docuit oīa aialia. natura si increata, i. ipse intell̄s increatus, qui dat vñ cuique aialium inclinationem appetendi bonum, naturę cuiusq; conueniens, atque id fugiendi, quod cuique naturę noxiū vñ. Pro clariori

A iḡitur

quia protestatio præcedens demonstrat animum, & voluntatem deesse in secundo statuto, quod postea fieret, & idem eadem ratione concludit Bart. & Dd. in testamento habente clausulam derogatoriam, in l. si quis, in princ. testamenti, ff. de leg. 3. Idq; adeo uerum est, ut licet extaret statutum, quod ultimum testim teneret, non facta mentione de uerbis derogatoria primi, tale statutū non subsisteret, quasi faciam aduersus gentium, quod requirit in te stamento voluntatem testatoris, quam nō ha bet secundum testamētum propter verba de rogoria primi, ut per Paul. de Cast. cōf. 444. uideatur sine dubio. uol. 2. Præterea & si d. autentica, ex causa, cū materia non haberet clau 15 sulam derogatoriam, nihilo minus per consuetudinem nostram non esset sibi derogatum.

nam quoties duo sunt contraria, ita demum secundum tolli, primum, quando sunt omnino, & præcisè contraria: fecus, si distinctione cōcordari possunt, autent, offeratur. C. de litis contest. iuncta l. sciendum. ff. qui satis dare cogantur, ut tradit Bart. in extrau. ad reprim. in uerbo, non obliantibus. Et hoc est generale, vt quoties fieri potest contrarietas, distinctione tollatur. Ita in statutis, & omnibus dispositiōnibus, affirmat Alex. conf. 141. uiso testamento. col. 3. 2. uol. & Dec. conf. 374. col. 2. sed in casu nostro potest foedere distinctionis res conciliari. aut loquimur respectu institutionis, & testamentum est nullum, & ita procedat consuetudo: aut respectu legatorum, & sustinetur, ita procedat autent, ex causa.

F I N I S

UENETIIS, MDLXXXV.

